

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**... Seu Exercitatio Theologica De Benedictione Sacerdotali ad Loc. Num. VI, 24, 25, 26**

Marburgi Cattorum: Typis Hæred. Joh. Jodoci Kürsneri, [1709?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn863021441>

Druck    Freier  Zugang






94

Fa-1092(94.)





ברכת כהנים  
SEU  
EXERCITATIO THEOLOGICA  
DE  
**BENEDICTI**  
**ONE SACERDOTALI**

ad Loc. Num. VI, 24, 25, 26.

QUAM

אָהָן

SUB PRÆSIDIO  
VIRI PLURIMVM REVERENDI CLARIS-  
SIMI DOCTISSIMI

**DN. JOH. HENRICI**  
**HOTTINGERI,**

HENR. EX HENR. NEP. ANTIQUITAT. JUDAI-  
CAR. PROFESSORIS ORDINARIJ MERITIS-  
SIMI, PATRUELIS & PRÆCEPTORIS  
HONORATISSIMI.

*In Auditorio Theologico*

*Ad diem 6. Julii M. DCC. IX.*

Publico & placido Dnn. Commilitonum ~~et ceteris~~ subjicet

AUCTOR

**JOH. CONRADUS HOTTINGERUS**

Henr. ex Cenr. Nep. S. S. Theol. & Antiquitat. Judaic. Studiosus.

*Marburgi Cattorum Typis Haered. Joh. Jodoci Kürsneri, Academiae Typogr.*

44.

45.

46.

47.

VIRIS PLURI<sup>M</sup>V M VENERANDIS, EX-  
CELLENTISSIMIS DOCTISSIMIS CELEBERRIMIS  
DOMINIS,

DOMINIS  
**DN. IOH. CASPARO**  
HOFFMEISTERO,  
LING. GRÆC. IN ATHENÆ TIGURINO PRO-  
FESSORI CLARISSIMO VENERABILIS CANONICORUM  
COLLEGII MEMBRO DIGNISSIMO, & p. t.  
RECTORI MAGNIFICO.

**DN. IOH. BAPTISTAE**  
OTTIO,  
ECCLESIAE CATHEDRALIS TIGURINÆ DIA-  
CONO MERITISSIMO V. D. PRÆCONI  
DISERTISSIMO.

**DN. IOHAN. IACOBO**  
REUTLINGERO,  
ECCLESIAE ET SCHOLÆ MINISTRO  
FIDELISSIMO.

PRÆCEPTORIBUS, PATRONIS,  
FAUTORIBUS AGNATIS  
Atque AMICIS.

Ea qua par est submissione conatum hunc Aca-  
demicum sacrum esse voluit

**JOH. CONRADUS HOTTINGERUS,**  
Henr. ex Corr. Nep.



בָּרוּךְ

## EXERCITATIO THEOLOGICA

nu 2

DE

# BENEDICTIONE SACERDOTALI,

Ad locum Num. VI: 24. 25. 26,

## PRO E M I U M.



Nter leges Cœremoniales, quas Deus Israe-  
litis, post quam eos in peculiarem populū se-  
legit, tulit, nō postremæ sunt illæ, quibus cul-  
tus, quo Deus quotidie coli voluit, præcipi-  
tur. Singulis enim (ne exceptis quidem fe-  
stis) diebus, cultum hunc sacerdotes summo mane incho-  
are debebant. Accendendæ quippe erant lampades,  
ut est Exod. xxvii, 21. Levit. xxiv. 1. seq. Adolendus  
erat suffitus in altari suffitus, stante in sanctuario. Exod.  
xxx, 7, 8. Insuper quotidie offerendi erant duo agni anniculi,  
alter manè, vesperialter. Exod. XXIX, 39. hæ victimæ, quo-  
niam erant holocausta, totæ erant comburendæ, harumq;  
sanguis ad altare holocausti in atrio situm erat aspergendum:

A

his

44.

45.

Dr. Jann

his quoque accedebant ferta ex decima simile & quartâ Hin olei contusi; & libamina, ex quarta Hin vini confecta, quæ vesperi quoque repetenda. ibid. v. 40. 41. Effus sanguine Sacerdotes & Levitæ, huic muneri à Davide destinati 2. Chron. xxix, 25. cantu tubarumq; clangore Deum pro feliciter peracto cultu laudaturi, accedebant. conf. Num. X, 10. sed his ritè absolutis, restabat adhuc una ex præcipuis functio soli sacrificio matutino propria, præsentis nemp̄ coronæ benedicere, quam benedictam dimittebant. Erat quidem, ut ex dictis patet, cultus hic secundum omnes suas partes glriosus satis & splendidus, sed per additam significantissimis conceptam verbis, præstantissimis refertam promissionibus & profundis plenam mysteriis benedictionem, quæ non potuit non auditoribus magnum affere solamen, splendidior redditus.

Ut autem sensus hujus *Benedictionis Sacerdotalis* clarius pateat, operæ pretium esse duxi, eam Exercitatione aliqua Theologica, pro viribus à Deo concessis enodare. Hoc verò ordine nobile hoc thema tractare institui; ut primò *verba* in quibus rei momentum situm, dein *res* ipsas consideraturus: sub finem tandem quædam *ritualia* circa pronuntiationem benedictionis à Sacerdote observanda sed breviter subjuncturus sim. Verba textus, quæ

Num. VI, 24. 25. 26. continentur,

hæc sunt:

v. 24.



בָּרוּךְ יְהוָה וְשָׁמָךְ:

בָּרוּךְ יְהוָה פָּנָוֶא לִיק וְחַנְךְ:

בָּרוּךְ יְהוָה פָּנָוֶא לִיק וְשָׁלֹם:

I.

N primo solennis hujus benedictionis membro tria obser- Emphasis vnde  
vanda sunt vocabula. Primum venerabile Dei nomen cis יְהוָה.  
est. Non animus est ea, quæ de hujus vocis Scriptione &  
pronuntiatione controvertuntur, recensere, nc post Homer-  
um Iliada scribere videamur; potius de eruendo vero ejus  
significatu solliciti erimus. Est autem **הַטֵּוחַד שְׁנָוֵן** nomen  
hoc soli vero Deo proprium. Sic enim Esaj. XLII, 8. אֵנוֹ  
**Ego Dominus; hos nomen meum** & Hos. XII, 6. יְהוָה הַוא שֵׁם  
**Dominus memoriale ejus;** adeò ut qui hoc nomine insigni-  
tetur Deus sit oportet. Derivatur id ab **הַזֶּה esse, existere:** ut vox  
primo denotet Dei tum **essentialium** tum **existentiam;** Eum qui  
est, qui semper **idem** sine initio & fine, adeoque **immutabilis** est.  
Malach. III, 6. atque ita Dei **eternitas** indigitatur. Ita Deus Mosi,  
nomen suum sciscitaturo responderet **אָתָּה אֲשֶׁר אָתָּה** Ego qui sum,  
Ex. III, 14. quæ verba in Schemoth Rabba, observante M. Buxtorf-  
fio, ita paraphrastice redduntur: **Dixit Deus benedictus Moysi,** die  
eis: **אָתָּה שְׁחִיתִי וְאַנְּהָה עֲכַשֵּׂין וְאַנְּהָה עֲתִיד לְבָוֹא** Ego qui  
eram & ego **idem nunc** & ego **idem in futurum.** Sed insuper Deus  
Mosi illustre hoc nomen suum interpretatur: **Iehova, Iehova,**  
**Deus fortis, misericors & gratiosus, longanimis, multus gratia &**  
**veritate, servans gratiam millibus, condonans pravitatem & de-**  
**fectionem & peccatum impunitum non dimittit, visitans pravita-**  
**tem patrum in filios & filios filiorum.** Exod. XXXIV, 6. 7. Est ergo  
in hoc voce indicatio **divina essentia** i. e. divinarum virtutum &  
perfectionum, non tantum gratiæ & misericordiæ sed & justitiæ  
& severitatis; utque ita omne quod vel per naturam, vel per reve-  
lationem de Deo notum, glorioſo hoc nomine innotescat. Non  
tantum autem hoc Dei nomen ipsius essentiam vel virtutes clarissi-  
mè exprimit, sed quoque eo varia Dei opera in executione operis

salutis & gratiarum indicantur, prout id ex additis praedicatis facile liquet. Ita enim in Deo Oeconomicè considerato, alium notat quoad Deum Patrem Creatorem & Iudicem, quoad Deum Filium Tranquillatorem & quoad Spiritum Sanctificatorem: Tribus enim personis nomen hoc commune est. Unde putamus, quod in solenni hac formula benedictoria nomen יהוה ter repetendum fuit, non semper eandem personam innui, unicuique enim personæ sibi quasi propria adscribuntur praedicata. Ut ita Israëlitæ luculentissimum S. S. Trinitatis habere potuerint testimonium. Quæ tamen omnia exposta dicendis clariora fient. In prima itaq; benedictione per יהוה Deum Patrem intelligi putamus, cui benedictio & custodia, qua provida ipsius cura in suos indigitatur, appropriatur.

**II Vox ברך, qua altera hujus benedictionis est, (cujus varias significaciones mittimus in ea, quæ benedicere notat, manentes) tum ad Deum tum ad homines refertur, unde diversum quoque habet significatum. Si referatur ad homines, aliud significat in relatione hominis ad hominem, salutare nempe 2. Reg. IV, 29 & valedicere 2. Sam. XIX, 40. aliud in relatione hominis ad Deum i.e. quando stylo sacro homines Deo benedicere dicuntur; notat Deum laudare, magni eum facere, gloriose de eo judicare, quo sensu passim Deus ברוך benedictus vocatur, unde tritum apud Rabbinos i. e. הק'נה Sanctus ille benedictus, quo Deum intelligunt. Si referatur ad Deum in relatione ad homines, est voluntas Dei, qua hominem beare, ei gratiam suam, bonaque cum corporalia, tum spiritualia largiri vult: & ita quoque dicitur de homine, quo significatur ei omnia dona à Deo addicta esse. vid. Jud. XVII, 2. Psalm. CXV, 15. & passim. Ad hunc significatum hanc nostram benedictionem Sacerdotalem referre possumus, quod enim sacerdotes populo Dei precabantur, id Dei nomine fiebat.**

**Quid שמר** III. Alterum, quod Dei nomine sacerdotes populo precari jubentur, est custodia: וְשָׁמַר & custodiet te. Ex variis circumstantiis varius habet significatus. Primario autem notat, servare, observare, unde ad vigiles refertur כְּשָׁמֵר לְבָקָר וְשָׁמַר לְבָקָר: праvigilibus matutinis observantibus ad matutinum. Psalm. CXXX, 6, conf. 1. Sam. XXVI, 15, quare etiam שָׁמַר

שְׁמָרֵךְ vigiles dicuntur. Es. XXI, 11. Cant. III, 3. ex quo servandi significatu, coeteri promanant; sic sumitur de servatione à malo, ut Deus animas piorum servare Psalm. XCIV, 10. dicitur, conf. Psalm. CXVI, 6. CXXI, 7. & alibi. Insuper refertur ad fædera- tum à parte hominum Genes. XVII, 9. dicit Deus ad Abraham: וְאַתָּה אֶת בְּרוּתִי תִּשְׁמַר וְtu fædus meum servabis; tum à parte Dei, ut Deut. VII, 9. וְהֹווֹה dicitur בְּרוּת servans fædus. conf. 1. Reg. VIII, 20. in quibus quoque tenendi vel retinendi significatum habere potest. vid. Jer. III, 5. atque hæc de explicatione vocum in prima benedictione contentarum sufficient.

IV. Iam pergimus benedictionem hanc accuratius investiga- Benedictio,  
turi. Benedicet tibi Dominus Deus & custodiet te. Optabat ita- quam hic sa-  
que sacerdos Dei nomine benedicens, Benedictiōnem a Deo: ejus ceras preca-  
enim est benedicere; ita homini recens creato, Genes. I, 28. Abra- batur, est num  
hamo, C. xxiv, 1-35. aliisq; quorum catalogum habes in Ialkut fol. corporalis  
ccxii. col. 2. sq. benedixit; ille enim est à quo רְאֵתָנוּ שְׁמָרֵךְ יְהֹוָה, רְאֵתָנוּ שְׁמָרֵךְ יְהֹוָה descendit, Jac. I, 17. conf. Psal. III, 9. CXV, 12. sq. & hic Deus sed per sacerdotem benedit; in potestate enim sacerdotis nihil aliud est, quam verborum à Deo dictatorum prolatio, inde Deus ad Mosen v. 23. dicit: Dic Aaron filiis ejus; ita dicant ad filios Israel, illis benedicturi. Ad quæ verba Abarbanel comment. in Leg. fol. CCLXXXI. col. 3. רְצָחָה לְמַר שְׁלָמֵץ וְחַשְׁבָּנו אֶחָדָן וּבְנֵיו שְׁחָטָה מִכְרָנִים וּמִשְׁפָעִים בְּעֵזֶב וְאַמְתָּה הַבְּרִכָּה הַעֲלִיוֹתָה עַל וּשְׁرָאֵל כִּי אַנְהָה אֱלֹהִים Dicere his verbis vult, ne Aaron & filii: ejus potent, quod benedictio & abundantia apud illos sit; vera enim benedictio apud Deum Israëlis est, illi autem benedictionem nouniſe precantur. Quare etiam Deus v. 27. addit וְאַנְיָא בָּרְכָּה & ego be-  
nedic illis. Versatur autem Dei benedictio tum circa corpora- 44.  
lia, tum circa spiritualia dona; Utraq; precabatur sacerdos. Dum 45.  
enim Deus hanc de benedicendo populo ferebat legem, Israëlitæ adhuc in rudi sterilique versabantur deserto, sed mox terram pro-  
missam melle & lacte fluentem ingressuri, opus certè habebant  
benedictione corporali, fertili scilicet solo, quod Deus, antequam  
id possideant quodammodo delendum, postmodum victrice manu  
superatum denuò colendum constituit. Involvit in super corpo-  
ralis hæc benedictio omnia ea, quæ Israëlitis ad vitam sustentan-

א ב ג ד

dam necessaria & à Deo exspectanda erant: quæ jam omnia recentia  
sere supersedemus, dum horum catalogus Deut. xxviii, videre  
est: De corporalibus hisce bonis hanc benedictionem Judæi quoque  
explicant; sicut enim Abarbanell. c. וְאָמַר יְבָרֶךְ יוֹשֵׁם שְׁהִיא בְּרָכָה. בְּעַנְנֵי הַגּוֹן שִׁיבְרֶךְ יוֹשְׁבֵעַ עַלְיהָ חַי וּמוֹעֲנִי  
& quod dicitur, Benedic tibi Deus & custodiat te, intelligitur  
benedictio corporalis, qua illis benedicere bonisque multis cumularo  
vult, ut liberis, longevitate & virtutibus. Conf. Ialkut. l. c. Dein  
etiam haec benedictio bona spiritualia & celestia in se compre  
hendit. Quos enim Deus corporalibus cumulat beneficiis, iis  
quoque spiritualia communicaturum indicio est; sic se res cum  
Israëlitis habet. Ex Spiritualibus enim est, quod Deus Israëlitas  
sibi in סְגֻלָּה peculium separavit, & in populum Sanctum confirma  
vit. Deut. xxviii, 9. unde eos vi æternæ oblationis Jesu Christi,  
agni illius ante facta mundi fundamenta inactati, salvavit, liberans  
illos è servitute peccati æternaque maledictione, illos sanctificans,  
fructibusque Justitiae implens, gloriæ tandem coelestis & vitæ  
æternæ participes faciens, dicuntur enim Patres salvati per gra  
tiam Jesu Christi sed tum adhuc futuri. Act. xv, 10. 11. Quare  
etiam de omnibus benedictioni huic inclusis, in plena emphasi non  
participabant, tum enim is adhuc expectandus erat, qui ea, quæ in  
istis umbris involuta propinabantur, actu præstaret, & ita omnis  
benedictionis perennem fontem largiter effunderet, à Christo  
enim omnis benedictio Spiritualis in coelestibus est. Eph. I, 3.

Sensu ver  
borum & cu  
stodier te.

וְיִשְׁמַר & custodiet te. Egregium votum, in quo benedictionis  
cardo vertitur, meritoque Deo tribuitur; est enim ad instar vigi  
lis suos semper & ubique observans, qui לֹא יָנוּב וְלֹא יִשְׁתַּחַד dormitat neque dormit custos Israelis Ps. CXXI, 4.  
Atque ita vovendi Deumque custodiā suā rogandi Israëlitæ  
causam habebant maximam; periculosisimum quippe ipsis eme  
tiendum, & non sine variis adversitatibus absolvendum erat iter,  
quod Deo non assistente haud possibile fuit exequi; ut adeò hic  
continetur I. votum perpetuæ divinæ præsentiaz, quæ ipsos tum  
ab omni malo & præsertim à saevitia tot superandorum hostium  
conservet, quo sine dubio ad columnam ignis Israëlitæ noctu, &  
nubis

nibus eos interdiu jugiter comitantem & præuentem alluditur. 2.  
 Hac formula precabantur, ut ipsos terram promissam tandem ingressos, ulterius custodiat & conservet, Dominus ipsorum & Rex maneat & contra omnes insultus tueatur. 3. Proculdubio à Deo quoque efflagitabant, ut promissiones, gratiæque plena fœdera cum Patribus suis inita, cum ipsis quoque servare & exequi velit: quo sensu etiam explicatur in Jalkut fol. ccxiiii. col. 3. fœdus nempe initium cum Noacho de mundo non amplius aquis perdendo Gen. IX, 10. 11. quo fœdere etiam Ecclesiæ securitas ab aquis i. e. persecutionibus obsignatur; Fœdus initium cum Abrahamo. de multiplicando ejus semine Gen. XIII, 16. de danda posteris terra Canaan. Genes. XIII, 15. & quæ aliae in Historia Abrahami occurunt promissiones, etiam in Iсаaco constabiliendæ, Gen. XVII, 19. 21. XXVI, 34. fœdus initium in Mara, quo se populi Sanatorem promisit. Exod. XV, 26. fœdus initium in Sinai, quo Israelitas solos in peculium reservavit, ibid. c. xix, 5. 6. seque ipsorum Deum fore promisit. c. xx, 2. harum itaque promissionum & fœderum tenore optabat sacerdos, Custodiet te, i. e. continuet hæc fœdera Deus nobiscum & posteris, impletat tot eximias promissiones, tunc custodiemur & servabimur. Sed & 4. id Sacerdotes orasse videntur, ut Deus avertat, ne nefaria horum fœderum transgressione, ipsius Majestatem lèdant; ut omne pravum ab ipsis averruncet, ne eorum, quæ adeo sancte præstare Deo promiserunt, obliviscantur, neque præsertim in sceleratissimum idolatriæ crimen, ad quodadè pronos se præbuerunt, incident, sed univerò Deo debitum præsent cultum. Hæc & hujusmodi alia in hac formula contenta esse credimus vota.

VI. Absoluta prima benedictione, ad alteram sic sonantem, Secunda bene-  
 pergimus: יְהוָה בָּנָיו חִנְצֶךְ lucere faciet Dominus faciem suam, diictio  
 & erit tibi gratiosus. Ubi iterum vox יְהוָה occurrit, sed jam dicta Quem hic  
 repetere nolumus. Hic autem nomen hoc alteram S. S. Trinitatis personam, Filium nempe Dei, notat, quod ex prædicatis postea enodandis clarescat. Non enim obstat, quod ipsi vocem יְהוָה  
 tribamus; alia enim id loca liquidum faciunt, quod ei hoc nomen competat. Sic Jer. XXXIII, 6. vocatur, Jehovah Iustitia nostra Hos. I, 7. Deus dicit: Domus Iuda miserebor & servabo illos  
 בֵּיתְךָ אֶלְךָ, sed salus & reconciliatio per Christum est. Pas- sim

44.

45

4

sum etiam Apostoli, quæ in V. T. de ἡγούμενῳ dicta sunt, Christo tribuunt: quo etiam Johannes Apocal. I, 8. emphasis hujus vocis expressurus est ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἀπὸ τοῦ ἐρχόμενοῦ alludit, quo Christum intelligi nemo sanus hactenus negavit. Plura autem systemata supereditabunt.

**Explicatio  
verbi**

אורים

*Quid sit fa-  
cies Dei.*

VII. Primum quod ab **וְהַ** seu Deo filio Sacerdos precatur, est **יְאָר בְּנֵי** *Lucere faciat faciem suam.* Verbum **אָר** in simplici notione notat, *lucere*, & sumitur de *illucescentie* die Jud. XVI, 2. Psalm. cxxxix, 12. Dein etiam in Hiph. notat *illuminate*, Exod. XIV, 20. *Lucere facere*, ut in loc. præf. sed & *animum reddere* significare videtur; sic Jonathan defatigatus exclamat **רְאוּ נָא כִּי אָרוּ עַע** *Videte quæso, ut illuminati sint oculi mei, quum gustavi parum mellis hujus: 1. Sam xiv.* quod de refrigeratione animi in vultu monstrata intelligendum arbitramur. Hic autem, ut dictum, significationem habet transitivam, precantes, ut Dominus faciem suam lucere faciat. *Dei facie generaliter nihil aliud indigitatur, quam ejus manifestatio creaturis suis facta, & communis providentia opera, quibus innotescere voluit.* Atque ita Deum ubivis presentem denotat, unde David, *quoniam à facie tua fugiam.* Psalm. cxxxix, 7. sq. Dei significat manifestationem Dei post hanc vitam demum futuram. Sic Ps. xvi, *saturitas latitiarum cum facie tua.* Tertio denotat specialem aliquam Dei patefactionem in hac vita factam, ubi præ ceteris illustris illa est, quæ Mosis intimo Dei amico, præ aliis contigit. Deut. xxxi, 5, 10. conf. Num. xii, 6. 7. sic quoq; Dei in monte Sinai facta apparitio facies Dei Deut. V, 4. appellatur. Speciatim *columna ignis & nubis*, perpetuus ille proficiscientium Israëlitarum comes, nomine hoc insignitur. Exod. xxxv, 13. sq. sed quartò, omnium significantissima faciei Dei notio est, quæ ipse *Dei filius* indigitatur. Id primo patet, quoniam abs omni dubio in columna nubis & ignis, *facies Dei* appellata, Dei filius Israëlitis præsens notatur. Quo alludere videtur Es. LXIII, 9. eum, qui Israëlitas per desertum duxit **פָּנָז מֶלֶךְ** *angelum faciei sue* i.e. Dei nominans: id tamen ipsi **מְלֹא קָדְשָׁךְ** Exod. xiv, 24. adscribitur. Haec autem appellatio filio Dei ex esse convenit. Ille sub hoc columnæ symbolo, visibili quadam specie *Dei faciem* Israëlitis conspicuam reddidit. Est enim ille *απειρωπός τον δόξαν καὶ χαράντης την ὑποστάσεως Θεοῦ.* Hebr. I, 3. representat enim id omne quod in Deo est, quoniā ipse Deus, Christum quippe qui videt, videt & patrem

**S**parem Joh. xv, 9. quia sunt ἐν οὐκ εἰς αὐτὸν θεοῦ  
Col. I, 15. substantialis imago Patris, unde Pater cognoscitur; Ea  
enim gloria, quæ in Patre splendet, splendet quoque in Christo,  
possidente gloriam ut unigeniti filii Jo. I, 14 quam ab eterno habuit.  
c. xvii, 5. Fulget haec facies Dei, Dei scil. Filius per ipsius attributa,*Justitia* potissimum & *Misericordia*. Exod. xxxiv, 6. 7. ab  
hoc nomine Christus alia à splendore habet: Sic Malach. IV, 2. vel  
juxta נ' III, 19. צדקה שמש Sol *Justitia* Es. ix, 1. אור Lux Joh.  
I, 9. Lux mundi Luc. I, 78. וְאַתָּה אֱלֹהִים נָתַן Num. xiv, 17. בָּבֶן מַעֲקֹבָן Star ex Jacobo nominatur; quae omnia, quis olim in carne ma-  
nifestandus futurus fuerit, indicabant.

VIII. Ab hoc insuper וְהַרְחֵךְ gratiam atque favorem in verbo *Significatus*  
Sacerdos precari jubetur חנָן notat alicui *favere*, *gratiam* *verbi*  
*erga aliquem exercere*, *gratiosum esse*, excluso omni favorem gra-  
tiamque potentis merito, praesertim ubi de Deo gratiam conce-  
dente sumitur. Sic Exod. xxxiii, 19. חנָן אֱלֹהִים *gratio-*  
*sus ero cuius gratiosus sum*, i.e. gratiam pro beneplacito meo ex-  
ercebo, adeoque sine ullo ad opera habito respectu. Unde con-  
struitur cum חנָן Ps. LI, 1. חנָן אלֹהִים *fac mibi gratiam*  
*Deus juxta benignitatem tuam*; unde quoque patet referri ad re-  
missionem peccatorum. Es. xxvii, 11. Ps. XLI, 5. Notat etiam *gra-*  
*tiose aliquid largiri*: ut Genes. xxxiii, 5. חנָן אלֹהִים *הוּא* אֲשֶׁר  
holim *אֲשֶׁר חנָן אלֹהִים hi nati sunt, quos gratiose largitus est Deus seruo*  
evo. conf. Prov. xxviii, 8.

IX. Ex literali hac emphaticarum vocum explicatione vel *Sensus benedi-*  
lippenti patet, eximia in secunda benedictionis hujus formula *etionis Lucc-*  
vota latere atque suspiria, sed ad diversa tempora referenda. Atque *re faciat fa-*  
per *illuminationem faciei divina* precabantur 1. ut ipsos Deus tan-  
quam providus rerum suarum curator, communī sua providentia  
nunc & imposterum regere atque protegere; signa gratioſissimæ  
suæ præfentiae, tam frequenter hactenus facta, ulterius conce-  
dere velit, ut ipsi viae suæ magis magisque innotescant, quo eum  
solum esse, qui tot Patribus suis factas promissiones ratas facere atq;  
implere possit, cognoscant. 2. Ut post exanthalatas hujus vitae mo-  
lestias, in aeternoru. in bonorum fruitione, suavissimam Dei faciem  
cum saturitate laetiarum, adeoque Deum à facie ad faciem vide-  
re ipsi contingat, devotè suplicabant. Sed 3. potissimum Israelitae

(scu eorum nomine sacerdos) id quod ipsis columnam nubis & ignis  
repræsentabat, adventum nimirum Messiae in carnem anhelabant.  
Unde Targum Onkelosi vertit יונְהָר ו' שְׁכִינַתּוֹ lucre faciat Deus  
Majestatem suam. Quomodo etiam extat in Bibl. Jud. Germ.  
& de שְׁכִינַתּוֹ quoque explicat Abarbanel. Considerantes enim  
ipsos, bonis ex passione & morte Messiae secuturis, revera non-  
dum frui, meritò illuminationem faciei divinæ, tenebras typorum  
& umbrarum discutientis, diem pro nocte afferentis, veraque  
bonorum cœlestium possessionem comparantis, appetebant.  
Quamvis enim Christus heri, hodie & in secula à auris idem sit.  
Hebr. XIII, 8. author nimirum salutis, & perpetuum fidei objectum,  
quippe cuius meriti vi omnes, quotquot vera ipsum fide etiam an-  
te ejus incarnationem amplectebantur, salvati fuere, quâ fide &  
nos ad communionem Spiritum consummatorum accedimus. Hebr.  
XI I, 23. Placuit tamen sapientissimo Nunini, ut gratia sua execu-  
tio diversimode administraretur. Unde alia administratio fuit in  
V. alia nunc est in N. T. Id quod Paulus ad Gal. IV, 24. seq. per  
*Agarem & Sarām allegoricè exponit. Testamentum enim in mon-  
te Sina pactum & ad servitutem generans, Agar ancilla repræsen-  
tabat; Alterum vero significabatur per Sarām Dominam, quod  
non in Sina sed Zion El. II, 2. initum, id autem libertatem parit.*  
Quid jam mirum, quod Sacerdotes lucem faciei divinæ à servi-  
tute ipsis & ceteros Israelitas liberaturam precati fuerunt? non  
ignorantes quod ē Zione מֶלֶךְ יְהוָה perfectissima pulchritudinis  
Deus illuc scere debuerit Ps. L, 2. quem ideo tam anxiè præstola-  
bantur. Nonne suavius ipsis fuisset, jugum Christi quod, mansue-  
sum & onus ejus, quod facile est, ferre. Matth. XI, 29. quam sub tot  
legum, differentias dierum, discrimina ciborum, sacrificia offeren-  
da, multasque legales lotiones injungentium cumulo ingemiscere?  
quæ tamen non sanctificarunt nisi ὡραῖς τὸν σαρπὸν καθορῶσσα.  
Hebr. IX, 13. quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum aeternum  
se ipsum obtulit immaculatum Deo, purgabit conscientiam nostram  
à mortuis operibus, ad serviendum Deo viventi. v. 14. unde patet  
fieri non potuisse, ut Vetus Testamentum post Christum in car-  
ne manifestatum diutius maneret; dum enim erat Padagogus ad  
Christum. Gal. III, 24. non diutius quam ad Christum, legis finem  
durare debuit Rom. X, 4. Meritò igitur benedictionem hanc,

tan-

11

tanquam anxium Israelitarum desiderium Messiae in carnem veni-  
guri & ex servitute Legis cœrimonialis ipsos liberaturi, conside-  
ramus.

X. Postquam nunc Sacerdos illuminationem facies divina sensus verbo-  
petuit; jambonum aliquod hanc illuminationem sequendum pre-  
catur, dum dicendum ipsi fuit **תְּרוּם** & **gratiosus** sit tibi. **Quid pre-**  
**tirosus erit** **tibi,** **quæ gratia Dei?** quippe qua omnia, tum quæ ad præsentem,  
tum quæ ad futuram vitam, necessaria sunt dona, continentur.  
Hac itaque benedictione Sacerdos I. *De favorem ambiebat.* Quod  
sienim Deus favorem suum Israelitis denegasset, certe de ipsis  
actum fuisset: sive enim in deserto sive in terra Canaan degerent,  
ubique favore hoc indigebant. *In deserto;* nisi enim ibi tanquam  
in loco ob frequentium ferarum discursum nimis periculo beni-  
gnus & faventem habuissent Deum, oppido ipsis pereudum fu-  
isset. *In Canaan;* Ibi enim nisi gratia & favore Dei sustentati, ab  
inimicis, quibus hinc inde cincti erant, funditus extincti fuissent.  
2. Quamdiu hanc benedictionem in deserto recitabant, ut Deus  
ipsos in occupanda terra Canaan adjuvaré, eamque occupatam  
gratiosè largiri velit, Sacerdotes voxisse putem. Sed præprimis  
3. eam gratiam, quam Messias in carnem venturus, secum allatu-  
rus fuit, desiderasse patet: Etenim dum verbis, *lucere facias*  
*Deus faciem suam, Messiae adventum precabantur, vocibus his-*  
*ce, gratiosus erit tibi, bona Messiam jam revelatum secutura an-*  
*helaſſe, justum fuit & equumque.* Cui alias bono adventus Messiae  
fuisset, nisi ex plenitudine gratiae sua i. e. bonis suis participassent,  
quæ omnia spiritualia sunt & cœlestia. Non equidem abs Dei  
gratia Israelitas vixisse dicendum, cum semper idem Testamentum  
gratiae exstiterit, atque inde à Paradiso immutabiliter sanctum  
fuerit, cuius tenore justificati, redempti & in cœlum assumpti  
sunt; omni enim tempore Christi obedientia unica justitiae  
causa exstitit, neque ulla justitiae donatio nisi per fidem contigit;  
idem semper fructus justitiae, sanctificatio nimirum & gloria vi-  
tae æternæ fuerunt; sequitur inde, quod si Christus omnis gratiae  
author sit, eam omnī tempore obtinuisse: Idem docet circumci-  
sio, quam Deus בָּרַית כָּרִיר in signum fœderis Gen. XVII, 11.  
Ex operay Israhæ dicitur Rom. IV, 11. patribus dedit,  
ut adeo jam ante legem fœdus, in quo stipulatio fidei justificatio

B 2 & pro.

44

45

4

& promissio vita eternæ contingebatur, fuerit: Illi igitur omnibus  
 circumcisione obsignatis & à Paulo ad Col. II, 11. seq. descriptis,  
 fruebantur bonis, quæ Dcūm Abrahamo ejusque semini gratio-  
 sissimum ostendebant. Tanta autem hæc bona non fuerunt, ut  
 iis majora optare non potuerint, quoniam ea nonnulla comitaban-  
 tur incommoda. Erant enim illa tanquam sub ænigmatibus ve-  
 lata, obscura, per errores populi, perversasque quandoque senio-  
 rum doctrinæ magis obscurata; semper adhuc obtinuit accusatio  
 & commemoratione peccati, nam quoties sanguis pro peccato asper-  
 gebatur, peccatum ipsius exprobabatur, & scribendum erat chirogra-  
 phum, quod erat *über artis sub contrarium*, id autem denum per  
 Christum sublatum est. Col. II, 14. Nondum patebat liber accessus  
 ad thronum gratia. Habuit quidem Deus in V. T. in Sancto  
 Sanctorum thronum suum supra operculum, ubi Israelitis gra-  
 tiam suam testabatur, peccata eorum sanguine ad operculum spar-  
 so remittens, unde *הכתרת propitiatorium* appellatur. Ad hunc  
 tamen thronum non erat liber accessus, quippe ad quem non nisi  
 Pontifex M. & quidem in toto anno unico X Tifri die appro-  
 pinquare ausus erat, idque sub mortis poena: ita & ipsi Pontifici  
 non omnia ritè peragenti mors timenda fuit Levit. XVI, 2. 13. ut  
 etiam hic thronus Justitiae & iræ throni habuerit rationem, ut ita  
*metu mortis per omnem vitam obnoxii fuerint servituti.* I heb. II, 15.  
 Sed postquam Princeps salutis nostræ per passiones consummatus  
 est, undique aditus ad hunc thronum patet, ad quem omnes fide-  
 les solenniter invitat Paulus: *Accedamus igitur cum fiducia ad thro-  
 num gratia, ut accipiamus misericordiam της χάριτος εν τομος ad op-  
 portuum auxilium* Hebr. IV, 6 conf. Rom. V, 2. Habitabat etiam  
 Deus inter Israelitas in terribili specie, ut in Legislatione cum ful-  
 gure & tonitru, ut ipse Moses dixerit: *εποδος ἐπει τῷ ἐν τομος*  
 Heb. XII, 21. nunc vero internos habitat *τὸν οὐρανὸν χάριτος καὶ αἰνεῖας*  
 Joh. I, 14. ut nos omnes *ex ipsis plenitudine accipiamus χάριν τῆς*  
*χάριτος* ib. v. 16. Hæc illa gratia est, quam in omnibus fermè E-  
 pistolis suis Paulus pro clausula habet, quam signum Epistolarum  
 suarum esse dicit 2. Thess. III, 18. qua intelligit omnia bona spi-  
 ritualia acquisita à Christo ad salutem animarum, *omnia que Deus*  
*nobis dat cum Christo* Rom. VIII, 32. Est itaque hæc gratia, quam  
 Sacerdos hac benedictione optat, singulare bonum Christi morte

com-

comparatum, & quo ipsi hactenus in plena emphasi non facti sunt participes. Votum hoc quoque est Ecclesiæ ter Ps. LXXX.  
4.8.20. repetitum: O! Deus restitu nos & fac ut luceat facies  
sua: ita servabimur.

XI. Ut jam de tertio hujus benedictionis membro loquamur, Tertium bene-  
ordo requirit; ita autem illud somat. רוח אלה פנו אליך ותנשׁן Elevabit Dominus tibi faciem & ponet tibi pacem. Ubi iterum hic subjectum est רוח אלה, per quod hoc commate tertiam S. S. Trinitatis personam intelligimus, quippe quam illustrer hoc nomen non fugit. Qui enim 1. Sam. XXIII, 2 dicitur רוח הרוח Spiritus Domini, ille v. 3. Deus Israelis vocatur. Idem quoque ex collatione locorum V. & N. T. ut Exod. XVII, 1. 7. Psalm. XCV, 7. 8. cum Hebr. III, 7. Levit. XVI, 2. cum Hebr. VII, 7. 8. patet. Hujus quoque communis prædicata Spiritui Sancto optime convenire mox dicenda testabuntur.

XII. Duo hic sunt, quæ Sacerdos, à Deo monitus, 1. Emphasis elevationem faciei sue. 2. Dationem vel positionem pacis, populo apprehendebatur. Ne lectori bis coetan crambem propinemus, ea quæ de facie Dei supra præmisimus, repetere nolumus. Antea autem faciei Dei illuminationem, jam verò elevationem ejusdem precatur. Verbum נושא primariò ferre notat, pro subiecta materia varios assumit significatus: neque cum voce נושא constructum idem semper significat. In genere hæc phrasis revereri aliquem magnificare, estimare denotat, sed tum in bonam tum in malam partem; quippe eā quandoque נושא ורמאניא justo judici vetita, innuitur ut Job. XII, 18. רְבָנֵי תְשׁוֹן אֶת לְאַתְּ תְּרִבֵּן personam ejus accipitis & pro Deo fortis contenditis. conf. 10. clarius id locus Prov. XVIII, 5. ostendit. conf. Psalm. LXXXII, 1. Levit. xix, 15. Ita quoque Deus summus Index Deut. x, 17. לְאַתְּ qui non accipit personam dicitur. Dein etiam de reverentia & honore adhibetur. Unde Naaman 2. Reg. v, 1. נושא honoratus vocatur. conf. Es. III, 3. Denuò hæc phrasis sumitur, quando supplex exauditur, contentusque redditur; ita Deus supplicanti Lothro responderet:Ecce elevavi vulnus tuum, i. e. exaudi vi preces tuas, parcam tibi ne pereas. Gen. xix, 21. idem Deus Iobo variis hactenus temptationibus exercitato promittit נושא פנו faciem meam elevabo. i. e. restituam ip-

¶ 14 ¶

sum Job. XLII, 8. atquesic notabit propitium esse. Tribuitur quaeque hominibus ut Genes. xxxii, 20. 1. Sam. xxv, 35.

significatus

verbi וְ

¶ ponet tibi pacem. Verbum וְ ponere alias significans, varie constructum, varium habet sensum, non semper simplicem significatum servans. Notat facere ut Exod. IV, II. quis וְ ponit i. e. facit os homini aut quis וְ facit cœcum. Refertur ad foedera ut 2. Sam. xxii, 5. וְ שָׁבֵת נְדוּתָה יְהוָה fœdus aeternum posuit mihi: quod etiam confirmationem foederis denotare potest, positum nempe vel initum jam fœdus in aeternum mihi confirmavit: etenim vox haec non ubique simpliciter ponere, sed cum aliqua emphasi magna cura & industria ponere notat. Insuper refertur ad mentem ut Nehem. VIII, 8. ubi legentes in lege Dei וְ שָׁבֵת שְׁכָן posuisse intellectum, i. e. attente legisse, vel in legendendo attentionem adhibuisse, dicuntur. Etiam de militibus in aciem disponendis 1. Reg. xx, 12. usurpatum, unde disponendi significatum acquirit.

¶ vocis

שְׁלֹום.

XIV. Id autem, quod Deus ponere rogatur est שְׁלֹום Pax. Hac autem voce omnis prosperitas, integritas indigitatur; unde apud orientales homines salutaturos mos invaluit, ut dixerint: יְהִי שְׁלֹום an pax ipsi est. i. e. ejus res salvæ sunt? Gen. xxix, 6. quo sensu passim in sacra Scriptura invenire est. Dicitur וְ שְׁלֹום compleri, perfici: pax adeoque complementum omnium rerum tum ad esse tum ad bene esse necessiarum, est: denotat quoque pacem inter homines, tum privatam tum publicam, tum corporalem tum etiam spiritualem, ut multa loca abunde id probant.

Quid sacerdos

verbis:

Toller faciem suam facie divina concernet, ea continetur 1. Ardens suspirium, ut per vos, praecipue vos, Deus ipsos eo, quo hactenus dignabatur, ulterius prosequi velit encus fuerit. favor & honore, quo sine maneantque populus ejus dilectus. 2.

Ut ipsorum preces exaudiatur, cultusque, quo Deum reverebantur, gratius sit atque acceptus. 3. Ut ipsis propter tanto numero commissa delicta propitiis sit, & si quandoque labantur, eos restituat, denouque benigne recipiat. Sed 4. ut bona ab illuminatione facie divina promanantia largiter ipsis conferantur: Nam dum

pre-

precedenti commate exoptatissimum Messiae adventum efflagitabant, jam eorum bonorum, quæ ipse conciliaturus erat, collationem & applicationem, & quidem à spiritu sancto, quippe cui id competit, petunt. Habant equidem V. T. fideles multifaria Spiritus S. dona; habebant spiritum illum bonum ipsos in via recta ducentem. Psal. CXLIII, 10. mentis oculos illuminantem, regenerantem & sanctificantem; habebant Spiritum fidei & spei: *Nemo enim Iesum Dominum vocare potest exceptus a deo nisi a spiritu eius.* 1. Cor. XII, 3. Atqui David ipsum Dominum vocavit Psalm. cx, 1. oportet ergo ut ipsum in Spiritu Sancto appellaverit. Quemadmodum autem cum Pater nondum actu reconciliatus, Filius nondum actu presentatus, ita etiam talia Spiritus S. dona, quæ Christi mors comparavit, nondum plenè & tanta mensura extiterunt: de quo ipse Christus: *Nondum erat Spiritus Sanctus ostenditur in ore vestro in glorificatione vestra, quoniam Iesus nondum erat glorificatus.* Joh. VII, 39. Etenim *In spiritu gratie* Zach. XII, 10. demum promittitur, quando Christus erit perfossus, i. e. mortuus, qui tum tam largus dicitur: *super omnem carnem venturus sit.* Joel. II, 28. conf. Act. II, 17. Nondum habebant Spiritum eos in omnem veritatem, sub umbbris nempe ceremonialibus latente, ducentem, quippe quem Christus discipulis suis demum promisit. Joh. XVI, 3. Et hæc Spiritus S. ejusque *charismata*, donatio peculiare N. T. donum est, quo etiam Paulus fideles solatur: *Non accepistis iterum Spiritum ad metum sed virtutem videlicet in quo clamamus Abba Pater.* Rom. VIII, 15. Patres quidem V. T. fuerunt etiam filii Dei, sed nihil vel parvum à servis differentes, Domini licet omnium, erant enim adhuc sub paedagogis & œconomis; ideo Deus misit filium suum, ut filiationem adipisceremur. *Quia vero filii estis emisisti Deus Spiritum filii sui in corda vestra clamantem Abba Pater.* Gal. IV, 1-6. Atque hujus Spiritus donationis larga illa effusio super Apostolos Pentecostes tempore, evidentissimum signum, simulque dati Christi clarum argumentum erat. Quid jam aequius fuit, quā ut Israelitæ, qui tam anxiè Messiam in carne videre desiderabant, de Spiritus S. quoq; donis, ab ipso acquirendis, participare gestirent? Omnia enim bona N. T. ut exhibitio perfectæ justitiae, consummata justificatio & reconciliaio cum Deo, libertas, Pax, (de qua mox) aliaque quæ Christi merito nituntur, à Spiritu S. nobis

44

45

4

bis conferuntur & applicantur. Ethoc Israelitas & Sacerdotes in verbis: Tollat faciem suam super vos, precatos fuisse judicamus.

**Contenta in** verbis & posuerit tibi pacem. **expenduntur.** XVI. Flagrans quoque alterum benedictionis ius membrum, sulphurium est. **שָׁלוֹם** & ponet tibi pacem. Pax vel corporalis est vel Spiritualis, utraque hic intelligitur; intercedit adeoque Sacerdos pro Israelitis suis 1. ut Deus ipsis prosperam incolumentque largiatur vitam, quo suis feliciter frui queant. 2. Ut ipsis pacem inter se abs omni dissensione & noxia separatione concedere velit. Ut 3. quoque terram promissam jam occupatam tenentes, pacem cum vicinis gentibus habere & ita abs omni irruptione hostium tutam vivere possint. Verum 4. cum haec pax ceu peculiare bonum a Spiritu S. impetrandum hic sicutatur, spirituale quoque pacem innui patet. Et sic optabant, *Pacem cum Deo, justificatis ex fide dandam. Rom. V, 1, Pacem cum conscientia, in non imputatione peccati consistentem.* 2. Cor. V, 19. *Pacem cum gentibus,* haec tenus a promissionibus, testamentis & politia Israeclis, per legem, tanquam parietem intergerinum seclusis, quae jam olim Abraham, in semine tuo benedicentur omnes gentes. Genes. xxii, 18 & alibi passim promissa est. Id ergo felicissimum tempus exoptabant, quo future sit רוחם וְקַרְבָּן שָׁלוֹם pax pax e longinquo & e propinquo. Es. LVII, 19 id tempus, quo Deus alliceret prophetum ut habitat in tentoriis Semi Genes. IX, 27. id tempus, quo lupus habitabit cum agno, & pardus cum hado cubabit. Es. VI, 6-9. Hac autem halcyonia Psalm. LXXII, graphicè descripta, durante adhuc cœremoniarum lege, Judæos a gentibus discernente, accedere nequierant, quæque etiam Deus non citius, quam Messia jam revelato dare promisit. Prædictum etiam id jamjam moriturus Jacobus, quod **שִׁלְחָה** tranquillatori futura sit obedientia populum Genes. XLIX, 10. quod Psalm. 11, 8. confirmatur: postula a me & dabo tibi genies hereditatem tuam. Ideo etiam gloria templi secundi major erit, in illo loco dabo **שָׁלוֹם** pacem, dicit Dominus exercituum. Hagg. II, 9. Unde Christus **שָׁלוֹם** princeps pacis Es. ix, 6. dicitur. Quæ etiam Pax, statim ac nascetur Sospitator noster, celitus proclamata erat: Εἰς τὸν εἰρηνικὸν καὶ εἰρηνικὸν εἰρηνικὸν εὐδοξίαν Luc. II, 14. Atque Messiam κυριον τὸν εἰρηνικὸν 2. Thess. III, 16. esse eventus docuit; Ipse enim est pax nostra, qui fecit ex utriusque unam, & interstitium maceriae di-

viii

ruit, legem preceptorum in placitis solvit, ut duos illos condederet in semetipso in unum novum hominem, faciens pacem, & conciliaret ambos in uno corpore Deo per crucem, perempta inimicitia per eam. Eph. II, 14 seq. Col. I, 20, 22. Ut ergo Judæi & Gentes conciliarentur, necessaria erat crux Christi; Horum enim populorum inimicitia fuit in carne & velo nondum discerpto, ideo ante mortem suam Christus in viam Gentium profici sci Matth. x, 5. 6. vetuit; fracta tamen carne & rupto velo, *Evangelium omni carni prædicari* Marc. xv, 15. jussit. Hoc ergo regnum Dei Israëlitæ optabant, quod non est *Ερᾶσις καὶ πόσις ἀνὰ δικαιούμενον, καὶ εἰρήνη καὶ χάρα ἐν τελευταῖς τοῖς* Rom. XIV, 17.

XVII. Ex hactenus dictis quam evidentissime patere arbitror, eximia atque præstantia in solenni hac benedictionis formula contineri. Habebant insuper Israëlitæ in ea S. S. Trinitatis mysterium; non enim de nihilo est quod glorioissimum Dei nomine τριπολιτῶν tribus repetebatur vicibus, quod non tantum *Deo Patri* appropriatur, sed unicuique, ut suo loco ostendimus, persona tribuitur: evidens id quoque est ex prædicatis cuivis benedictioni annexis. Atque ita in prima benedictione *Dei Patris* œconomiam habemus: Ei enim tribuitur rerum creatarum *conservatio*, quæ tum in benedictione corporali, quippe à quo tanquam Domino cœli & terra omnia. I. Cor. VIII, 6. Matth. XI, 25 tum *in custodia*, quæ ejus providentia, potissimum continetur. Operis redemptionis *inchoatio*, quæ in missione Filii sui unigeniti, grata peccatorum condonatione vi ipsius meriti, datione gloriæ coelestis, adeoque benedictione spirituali consistit. In secunda Benedictione œconomia *Dei Filii* describitur: Ei quippe operis *Redemptionis executio* competit, quare se ipsum exinanire & carnem assumere debuit, ut se pro nobis Spiritu suo æterno offerret, æternamque redemptionem inveniret, sicutque totum mundum cœu vera lux illuminaret: *Deus enim qui dixit, ut ē tenebris lux splendet*ceret, *is est, qui splenduit in cordibus nostris, ad probandum lucem notitiae gloriae Dei in facie Iesu Christi* II. Cor. IV, 6. Tandem intercia benedictionis parte œconomia Spiritus S. est. Ei enim tanquam à filio redemptorum sanctificator, bonorum spiritualium collatio & applicatio passim tribuitur: quislicet omnium fidelium Doctor est & Dux. P. CXLIII, 10. Joh. XVI, 12. *Arrhabo & Sigillum quo*

In hac benedi-  
ctione est ar-  
gumentum S.  
S. Trinitatis

44.

45.

4

quo obsignamur. 2. Cor. 1, 22. Eph. 1, 13. 14. ille enim fide à Deo donatos, insertosque Christo tanquam rem propriam custodit, quod nihil aliud est quam elevatio faciei divine super electos. Quæpressius nunc exequi constituti limites vetant: Hæc tamē Christiano lectori sufficere possunt. Simile quid ipsi Judæi de hac trina nominis repetitione cogitarunt: Ita enim R. Bech. adh. l. וְהַיְתָ בְּכֶסֶף הַבָּרוֹר וְמֵצָא בְּכֶסֶף קָרְבָּן יְהוָה וְהַשְׁמָךְ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְאֶתְנָהָרָה מִלְמָד שְׁמוֹתוֹ שְׁלֵמָה קָבָבָה שְׁלָשָׁה חִילִים וְכֵלָה חִילָה וְחִילָה לְחִילָה וְשְׁמוֹ כְּשְׁמוֹ וְכֵלָה חִלּוּמָן בְּיוֹד הַאֲזָה וְאֶזְהָזָה: Et invenies in libro Bahir (libro Kabalistico & mystico per antiquo) Benedicat Jehova, illuscat Jehova, tollat Jehova. Hoc est nomen 12. litterarum, quod docet, quod nomina Dei benedicti sunt tres virtutes, quarum altera alteri est similis, idemque habet nomen & singula sunt signata literis יהוה. Quæ certe verba adeò obscura non sunt, ut iis S. S. Trinitatis mysterium intelligi non possit.

*Historia & ritus circa pronuntiationem benedictionis observati.  
Personæ bene-dicens.*

XVIII. Postquam nunc ea, quæ ad verum & genuinum beneficium hujus sensum pertinere putabamus, pro viribus executi sumus, restat ut quæ ad ejusdem historiam & ritus conducunt, tum ex Sacra Scriptura, tum authenticis Judæorum testimoniosis, breviter addamus. Personæ, quibus divino jussu benedictionem hanc recitare concessum erat, Sacerdotes fuerunt; sic enim Deus ad Mosen דבר אֶל־אַהֲרֹן וְאֶל־בְּנֵי כָּה תִּבְרֹכוּ אֶת־בְּנֵי alloquere Abaronem & filios ejus, dicendo: וְשָׁרַאֲרָה אָמָר לְהָ sic benedicitis filiis Israeli dicendo eis &c. Num. VI, 23. Itaque non Pontifici tantum M. sed & reliquis Sacerdotibus populo benedicere licet, quoniam id Aaroni & filiis ejus præcipitur, usque solis hæc functio alligata erat; eos enim elegit Dominus administrandum בְּנֵי benedicendum in nomine Domini. Deut. XXI, 5. separatus fuit Aharon ad sanctificandum rem sanctam Sanctorum, ipse & filii ejus usque in seculum ad adolendum coram Jehova, administrandum ei וְלִבְרֹךְ בְּשָׁמוֹ עַד עַולְתָּה & benedicendum in nomine suo usque in seculum. Chron. XXII, 13. excluduntur adeoque Levitæ. Sacerdos autem non quisvis sed integer nulloque vitio laborans requirebatur, unde Maimonid. in Hilc. Thephil. c. xv, 1. שְׁהָרְבָּה מִנּוּן גְּשִׁיאֹת נְטִים הַלְשׁוֹן sex, inquit, res רְכוּמִין וְעַכְרוּמִין וְשְׁנִינִים וְחוּנִים וְטוּמָתָה הַרוּבִּים sunt

sant, que Sacerdotem inidoneum reddunt ad elevandas manus, lingua, defectus corporis, peccatum patratum, anni, vi-  
num & imparitas manuum. Quæ vitia, in quo propriè con-  
sistant, Celeber. ille Rabbi in subsequentibus recenset pro-  
lixius. Idem ille Magister Cap. XIV. §. 9. ritum bene-  
dictionis stante adhuc Sanctuario usitatum ita describit : Modus recita-  
tionis.

עלין להובן אחר טשולמו הכהנים עבוריთ חמור של  
שרר ומגבירין דוחין למעלה על נבי ראשון ואצבעותיהם  
פשתוט' חוץ מכהן נהול שאון מבניה ודו' למעלה מן הגזע  
ואחר מקרה אthon מלה מליה כורך שעוזן בגבוליין עד  
ששלמו שלשת הפסוקים ואין העט עונן אמן אחר  
כל פסוק אלה עונן אותה במקرش ברכת אחרית וכשישלמו  
ברח' חם עונן ברוך ה' אלהים אלה ישריאך כן העולם  
Sacerdotes ascendunt in suggestum, postquam : etur  
absolverunt ministerium iuge matutinum & elevant ma-  
nus suas supra verticem capitum suorum, & digitos suos exten-  
dunt excepto Sacerdote M. qui non elevat manus suas supra bra-  
eam, deinde recitant verba quemadmodum faciunt in provinciis,  
usquedum absolverint omnes tres periodos, & non respondet popu-  
lus Amen post unamquamque periodum, nam faciunt in sanctua-  
rio unicam tantum benedictionem, qua absoluta populus respondet :  
Benedictus Dominus Deus, Deus Israel a seculo usque in seculum.  
Quomodo autem manuum elevatio, præcipiuus hujus functionis  
ex Iudeorum mente ritus (unde etiam hæc benedictio  
elevatio manuum appellatur) peracta fuerit, inter philologos con-  
trovertitur ; quia autem id hoc propriè non pertinet, nos nunc ènt-  
ximus : qui curiosior erit, consulere poterit M. Buxtorf. Synag.  
Jud. p. 424. & 534. & ejusdem Nepot. appendicem ad eandem.  
Cl. Wagenseil. in Tr. Et Mischn. Sotac. VI. §. 6. & passim. Locus  
recitationis à Iudeis vocatur רוכן suggestus, locus elevatus, cuius Locus.  
tamen situs incertus est. Cel. L' Empereur in annotat. ad Cod.  
Middoth. c. II. §. 6. not. 5. illum suggestum fuisse autumat, cuius  
in citata Mischna mentio fit, quique liraclis inter & Sacerdotum  
atrium in gradibus, quibus id ascendebat, situs fuit. Maimoni-  
des autem l. c. §. 14. pertendit, quod benedixerint על מעלות  
super gradibus porticus : Consentit Mischna Tr. Ta-  
mid. c. VII. §. 2. & R. Ob. de Bartenora ad h. l. sed in re incerta,

nihil temere asserimus; in eo saltem convenient, fuisse locum aliquem elatum, è quo Sacerdos benedicens prospexit. *Tempus* benedictionis Judæi semel in die, absoluto nempe Sacrificio juge matutino, fuisse tradunt: Unde Maim. l.c. בָּמִקְרָשׁ מִנְכָרֵךְ בְּרָכָת כהנים פָּעַם אֶחָת בְּיֹם אֶחָד חַמֵּר שֶׁל שָׁחָר benedicunt benedictione Sacerdotum, una vice in die post Sacrificiū matutinum juge. An autem post Sacrificium vespertinum beneditio quoque recitatā fuerit, incertum; saltem de eo in Judæorum Scriptis nulla inveniuntur vestigia. Tradunt tamen Mischnici in Tract. Taan. c. IV. §. 1. Sacerdotes aliquando quater in die manus elevasse: שלשה פרקי נשנה, כהנים נושאים את כפיהם ארבע פעמים ביום נשחרירות במסוף במנחה ובנעילה שעירם בחעירות ונמערות ונוירם רכטורים Tribus distinctis anni temporibus elevabant Sacerdotes manus suas quatuor vicibus, in prectione matutina, addititia, pomeridiana, & ea, qua sit tempore obserationis portarum, in jejuniis & stationibus & die expiations: ad quæ verba R. Obad. de Bartenora commentatur: טעם מאין נשיאות כפים במנחה משום שכורות והאוונה ליבן שכורות: Sacerdotes post meridiem manus elevabant, est propter ebrietatem, at tunc temporis non timendum fuit de ebrietate. Eandem rationem reddit Maimon. ad h.l. & Hilc. Théphil. C. XIV. 1. quoniam Sacerdos vinum largiter bibens ad benedicendum ineptus est, ut supra jam dictum. Insuper hæc benedictio lingua tantum non nisi Ling. sancta preferenda erat, juxta locum in Misch. Sota c. VII. 2. ואלו נאמרן בלשון הקורש מקרabbורי וחליצה ברכות וקללות Interpretate hujus tractatus accuratissimo Cel. Wagenseil. Lingua sancta tantum efferebantur verba concepta de primitiis, & qua preferenda cum exiit quis calceo, benedictiones & execrationes, benedictio Pontificis. conf. Maim. l. c. §. 11. Unde in Tract. Megilla c. ult. §. ult. dicitur, hanc benedictionem neque legi neque exponi chaldaice. His ritibus alii accesserunt, ut quod Sacerdos benedicere debuerit בעמידה stando ele- בנטיאות כפים פנים נגיד פנים נקוות רשותе mannum, facie ad faciem, alta voce; ut videre est apud Maim. l. c. §. 12.

Tempus.

Benedictio  
non nisi Ling.  
sancta  
preferenda

XIX. Quemadmodum autem fermè omnes Veterum Sacerdos-  
rum functiones Christi Sacerdotale officium adumbrarunt, ita etià nedicens fuit  
in pronunciatione Benedictionis eum referebant. Respicit qui-  
dem in genere hæc benedictio *semen illud Abrahami* Iefuni nem-  
pe, in quo omnes fideles benedicendi sunt. Gen. XXII, 18. Act. III,  
24. 25. Unde etiam Paulus ex eo, quod Christus pro nobis *κατά-*  
*πα* factus, inducit Gentibus benedictionem Abrahams in Christo  
exstare. Gal. III, 13. Itaque hæc benedictio muneri Sacerdotali con-  
juncta esse debuit; quâ Christus sapientius in terris functus est, quo-  
ties concomitanti populo benedixit, præsertim cum de Monte  
concionabatur Matt. V. sq. ubi beatitudines illæ tot benedictiones  
sunt. v. 3. sq. sed & in ritibus in pronuntiando adhibitis typica quæ-  
dam observamus, & quoad personam benedicentem, erat Sacerdos  
integer, omnisque virtutis scelerisque purus. Ita & Christus, est enim  
ille ἀγιεῖος δόσος ἀνανος αὐτίας τον κεχωρισμένος οὐ τὸν αὐτούς αλλαν.  
Heb. VII, 26. Tempus pronunciationis erat post absolutum Sa-  
crificium iugem matutinum; ita & Christus, qui ceu victima Deo  
offerenda in cruce ab igne iræ divinæ fermè combustus, exclamavit  
τελέσσαι Joh. xix, 30. id omne nempe quod ipsi ut vero Sacer-  
doti incumbebat, quod argumento erat veram & realem accessis-  
se benedictionem. Locus proclamationis in templo erat elatus,  
ita & Christus de cruce pendens benedixit. Modus erat exten-  
sis & elevatis manibus, & facie ad populum versa, ita & Christus  
manus in cruce extendebat, facie ad astantes versa, illis benedixit:  
id quoq; jamjam ad patrem redituri fecit, speciatim discipulis suis:  
& sublatiss in altum manibus suis benedixit eis. Luc. xxiv, 50. Et  
ita post benedictionem Sacerdos cultui quotidiano matutino fi-  
nem imposuit. Ita & Christus declamata sua benedictione & morte  
obita, Sacerdotio suo in terris peragendo valedixit, postquam æ-  
ternam redemptionem invenit; unde sensim quoque cultus Levi-  
ticus exspirare incepit, donec templo diruto plenè cessavit & be-  
nedictio illa justo modo pronuntiari desit. Nam vera benedi-  
ctione per Christum allata umbratica illa cessabat.

XX. Differunt autem hi ritus nonnihil ab illis, quos Judæi Moderni ritus  
moderni in synagogis & olim extra templum adhibuerunt, quæ Iudeorum in  
differentia nobis in Mischna Sota C. vii, §. 6. ita describitur: *בְּרִכָּתָה*

Benedictio sacerdotalis quomodo facta: in provinciis recitarunt tribus benedictionibus, in sanctuario una: in sanctuario efferebant nomen ut scribitur, at in provincia ejus cognomen (ארנו) in provincia elevabant sacerdotes manus suas usque ad humeros, in sanctuario vero supra capita sua, exceptio Pontifice M. qui non elevabat manus suas supra brachia, conf. Tr. Tamid. c. vii, 2. quod autem h. l. dicitur in sanctuario unam, & extra id tres pronuntiasse benedictiones, ita Bart. ad l. c. ex Tamid explicat: וקרי לו ברכות אחת לפ' שלא הוא עונן אחריוון אטן בין פסוק לפסוק כדור שועשן בגובלין: vocatur benedictio una, quia non responderunt post singulos versus Amen, quemadmodum faciunt in provinciis. Hunc autem ritum Maim. nobis in comment. ad Tr. Misch. Beracoth. C. V, 4. ita describit: סדר ברכות כהן: העמוד לפני החורל נבטי כנסיות ולהזhor פניהם אל העם ואחריהם לחבל וש'צ' כנגד הכהנים פנים אל פנים ושיים נזחים שלש ברכות אותן באות על עניין זה אומר ש'צ' אומר יברך וענו הכהנים יברך ומאמרים לקהיל ואחר כן אומר להם ש'צ' וענו הכהנים "ואחכ' יאמר להם ש'צ' ושםך וענו הכהנים וישמר או יענו כהן הקהיל ויאמרו Amen וכן נרכות כלן על הסדר הנה וכשיעט הדבר או לא ענה ש'צ' Amen שם ישכח איו ברכות היא אשרתיס אנט' יחריש ווקון לבנברכה ההשורה אשר ישם נפיהם *Ques Celeb. Surenhulius ita transtulit:* Ordo benedictionis sacerdotalis est, sistere se ante arcam templi in congregacione, & vertere faciem ad populum, posteriora vero versus palatum, & minister synagogae sive pralector stabit in regione sacerdotum, de facie ad faciem, ponetque tres benedictiones in os sacerdotum, de verbo ad verbum hoc modo: pralector congregacionis dicit יברך respondent sacerdotes, hoc deinde dicunt congregacioni. Postea pralector dicit וושמך respondent sacerdotes postea pralector congregacionis dicit וושמך respondent sacerdotes peractis his respondet tota congregatio

*Amen, & eodem modo tres ultimas benedictiones juxta hunc ordinem.*  
*Quando autem congregatio respondet Amen, pralector non respondet. Am-*  
*men, ne oblitus fatur quoniam sit illa benedictio, quam incipiet; ( nos*  
*lubentius verteremus, quam absolvit) sed tacebit & animum ar-*  
*tendet ad benedictionem secundam, quam ponet in os eorum. Sed*  
*cum forte accidat, ut nullus in synagoga adsit sacerdos, prater*  
*Chasan seu praelectorem, vel prossus nullus sacerdos, aliter haec*  
*benedictio recitanda erat, ut eam nobis Maim. Hilc. Theph.*  
*C. xv, 10. ita describit: צבור של אמרנן כהן אלהים שליח צבור*  
*לכדו לא ישא את כפו ואט והוחה רבARTHו טהורא נטה את*  
*כפו וחור לחשלו רשו ואט אין להט כהן כלל נטה עז*  
*שליח צבור לשיט שLOW ואמר אליהו ואלהי אבותנו ברכינו*  
*ברכה המלשת בתורה הכתובת עלי ידו משה עברך גנו'*  
*In cœtu ubi nullus sacerdos est nisi pralector tantum non elevant*  
*manus, quod si autem ille ita sibi confidat, ut dabo manus, elevat,*  
*redire posset ad preces suas, licitum est; si plane nullus adsit sacer-*  
*dos tam, postquam pralector pervenit ad preces ישי טLOW*  
*dicit: Deus noster, Deus patrum nostrorum, benedic nobis bene-*  
*dictione triplici in lege scripta per manum Mosis servi tui &c.*  
*postmodum pralector ille benedictionem recitat, non tamen*  
*elevatis manibus, quoniam supponitur eum non esse sacerdo-*  
*tem. Sed ne Dissertatione huic Theologicam vestem exuere vi-*  
*dear, ulterius titus describere, supersedeo; Lubentius tamen plu-*  
*ra addidisse, sed aliqualis materiae prolixitas id prohibuit: quæ*  
*tamen omissa sunt, ex Authoribus supra citatis Wagenseilio*  
*& Buxtorfio suppleri possunt: quibus addi potest summus Phi-*  
*lologus Clar. Viringa in Tract. de synagoga vetere. p. IIII. 6. sq.*  
*Ex Judæis autem confutatur sibi laudatus Maimon, & corum*  
*libri rituales, Schylchan Aruch & Schylchan Thaher, sub titulis:*

## Elevation manuum.

Tibi autem O! benignissime Deus, quod hunc meum cona-  
 tum gracie adjuvare, gratiam Spiritus sui sancti, in eruendo  
 vero hujus benedictionis sensu, largiri voluisti, tantas, quas men-  
 te mea concipere possum, devotissimas refero grates; supplex Te ve-  
 nerans ut huic ita & subsequentibus laboribus meis benedicere  
 velis, quo tendant ad S. S. nominis tui gloriam, meamque cum  
 temporalem tuam aeternam salutem. Amen.

תְּנַשֵּׁלָתְ שִׁבְחָ לְאָדָם בּוֹרָא עַל :

co-

44.

45.

4

( 24 )

## COROLLARIA.

I. *Judaorum conversionem, praeunte S. Scriptura, certissimam speramus.*

II. *Mysterium S.S. Trinitatis, etiam in V.T., licet non tam clarè ac in N.T., sufficienter tamen ad salutem notum fuit.*

III. *Judeos Codicem Hebraum, quoad articulos fidei, corrupisse falsum est.*

IV. *Judaorum lex oralis divine authoritatis non est ac lex scripta; illa utilis tamen quoad traditiones & ritus ad hanc intelligendam.*

V. *Nomen Dei n̄ non est abbreviatum ex יהוה.*

*Ad Nobilissimum Dissertationis AUCTOREM & RESP.*

**D**Um satias rerum cepit plerosque bonarum,  
Artes spernuntur, barbariesque redit:  
Dum rivis harent ignavi fonte relicto,

Formulaque in studiis paginam utramque facit:  
Quod vaga garrulitas cum calliditate putatur,

Jam satis esse foro, jam satis esse choro:  
De meliore luto finxit Tibi pectora Titan:

Res Tibi non species vana vel umbra, placet  
Artibus ergo satis cultus linguisque politis,

Et quæ vera tenet Philosophia sinu;  
Nunc tandem sacram petis, *HOTTINGERE*, Cathedram,

Spartam ornaturus dotibus hisce datam  
Gratulor ex animo: nec ero, puto, falsus aruspex,

Cum decus illustris Te fore dico Domus.  
Larga Tuis studiis adsit benedictio cœli,

Cedere ne Patri, nec videaris Avo.

*Honoris & boni omnis causa adject*

**GEORGIUS OTHO,**

Sacr. & Orient. Lingg. nec non Poef.

Prof. Ord.

1. Neuhaus de Fatis Adami.
2. Holtbus de Stomine.
3. Idem de imagine Dei in hoc.
4. Hollinger de auxilio Dei et.
5. Hugenius de Concurso Dei.
6. Cauterius de Providentia Dei
7. Holtbus de Providentia
8. Ejusd. de Lapsu primorum hominum.
9. Ejusd. de Angelis bonis et malis.
10. Tillermanus de Certitudine fidei.
11. Ussel de Decalogo.
12. Hasenius de tribus scitu necessariis.
13. Ejusd. Continuatio.
14. Mascorius de curiosa Theologia.
15. Schmidius de Utilitate Relig. Evangel.
16. Mieg de Gratiae div. operosa.
17. Gablonzki de indulgentijs.
18. Zulflinger de Natura Studii Theatrici.
19. Holtbus de Paenitentia
20. Ejusd. de conversione.


- remittit de gratuita Justificacōe.  
Korheim Trige Observacōm.  
Korheim de paupertate mentis  
iuxta de operarijs in vinea.  
Kirchmeier de Baptismo Iesu.  
Ketser de gbo Sabactani.  
Kirchmeier de negotio Salutis circa infantes.  
Kleiner ad Locum Luc: 23.  
Lampe de Titulo Evangel: Iohannis.  
Linus de aqua baptismi.  
Liesberg de Encanūs Iudeorum.  
Lünenberg de Lege Mosis per angelos data.  
n Alphen de Historia Pauli Apostoli.  
Lerzen de Barnaba, et.  
in Landen de Deo suscitante Xtm ex mortuis.  
~~Lichten~~ Zecmanni Analysis Cap: 9. ad Rōm.  
Kleiner ad Locum ad nos XII. 42.  
Lampe de Ecclesia et Apostolica.  
Lentzki de Stella ex Jacob.  
Hottinger de Benedictione sacerdotali.  
Lüngst de blasphemī mysterio.  
Lau de Libamin in mensa Sacra.  
Hottinger de fertis in locis sacerdotalibus.

49. Dis. de Lecture Legis Iohanni.

50. Elsnerus ~~Daritudo~~ ad Reg: 18.

51. Marck ~~I~~ ad 2 Reg: 8. 10.

52.

















sponsionem Elisa, scribit Gaspar Sanctius; atque  
Elianus, quid queso est mentiri, si hoc non est? quid  
rum ad peccandum, si Hazaelem Propheta non  
endum omnino est, quædam adeo conquisita  
heic reperiri, ut attendentibus nullo modo pla-  
ere queant. Quale quid est, quod ex Farchio  
Lyranus, dictum hoc esse de Chazaele, vivens  
is post eum; sed quod & ipse monuit esse expo-  
extortam. Uti revera est, quando hæc verba,  
non dicuntur ab Elisa ad Chazaelem, sed præ-  
dicta à Chazaele ad Benhadadum per illud præ-  
dic illi &c. Quod si autem volueris, hoc po-  
num dici vixit in suo successore Chazaele,  
acies obscurum & vere ludicum verborum ho-  
prosclus alienum à rogatione instituta quæ spe-  
ladi ægri personalem vitam ac sanitatem. Quale  
& quod tertio loco reperio apud Doct. Marty-  
rde occurrit interpretatio, qua statuitur, Elisanum  
ris, verum de eterna ac beata quam exspectamus  
respondisse. Eamque promissæ arbitrantur Vates  
fuerit ad verum Deum Jehovam ex animo con-  
vixi probant, quod non idola consuluerit, sed quem-  
a tradit, ipsum Jehovam, deinde ministerio Viri  
id id, non Pseudoprophetarum. Uti perinde hoc  
ar. Pellicanus; Eliseus remandat regi, que illum  
consolari, fortassis iam conversum ad veri Dei ti-  
mum, quem à Propheta sancto cupit illi propitium fieri.  
Quiura requirit, non à suis idolis nec auruspiciis, sed  
us sive magnalia audierat, & cuius Deum fuerat  
sive à Nnaman instructus in fide veri Dei. Ideo nunc  
urum, hoc est, in fidelium animalium consortium per-  
nina Propheta intelligebat, hoc denique regi summo-  
erat. Tamen ipsi Asaeli significat moriturum re-  
ipse locum sit instituendus; non quidem addens,  
urum esset, sed suo tempore. Qui tamen deinde  
asi horum oblitus dicit, per morbum diutius vi-  
vidum Propheta dictum. Adversus istam senten-  
de disputavit Martyr; Ceterum, non est veri-

B 2

sim